

firmamus. Decernimus *ergo ut* nulli omnino hominum liceat predictam ecclesiam temere perturbare. aut eius possessiones auferre; vel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet *vexationibus* fatigare. Sed illibate et *omnino* integra conserventur. eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. salva sedis apostolice auctoritate. et Ierosolimitani patriarche canonica iustitia et *reverentia*. Si qua *ergo* in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam. sciens contra eam temere venire temptaverit. Secundo tertiove commonita. nisi presumptionem suam *congrua* satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacritissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri *iesu Christi* aliena fiat atque si extremo examine *districte* ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri *Iesu christi*. Quatemus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

*Ruota*: † *Adiuva nos deus salutaris noster.*

*Nel centro*: S. Petrus. S. Paulus. Lucius PP. III.

*Monogramma*: Bene valete.

Ego Lucius catholice ecclesie Episcopus SS. (*subscripsi*)

† Ego Theodinus Portuensis et Sancte Rufine episcopus SS.

† Ego Petrus Tusculanus episcopus SS.

† Paulus PRenestinus episcopus SS.

† Ego Petrus Presbiter Cardinalis tt. (*tituli*) Sancte Susanne SS.

† Ego Viviamus tt. Sancti Stephani in celio monte Presbiter Cardinalis SS.

† Ego Arduinus Presbiter Cardinalis tt. Sancte Crucis in Ierusalem SS.